

DOMITII CALDERINI VERONENSIS SE-
CRETARII APOSTOLICI IN COMEN-
TARIOS IUVENALIS AD CLARISSI-
MVM VIRVM IVLIANVM MEDICE
PRÆFATIO IN C I P I T



ITSI MVLTA DE PRV-
dentia, humanitate, uirtute tua
olim mihi sepe afferebantur tu-
lianæ: tamen cum superiore a^{no}
stic essem: ea omnia ut in te pro-
spexi et admiratus sum: ut ad eã
fidem et obseruantiam immorta-
lem: quam in Laurentium contuli
et locavi: tu quoq; magna ex parte impuleris. Nam cū
me & mea omnia Laurentio domui q; uestire tradidem:
inter cetera ornamenta que egregia & amplissima habe-
tis & parta a uiribus uelis et ceteris non modo con-
seruata sed aucta: illud in primis laude singulari dignū
arbitrans sum: q; duo fratres cum domestica gloria tum
ciuitatis honoribus florentissimi: tanta concordia uiuere:
tam mutua pietate, tanta uirtutum omnium similitudine:
ut cum tu maiori tractu Laurentio diuini ingenij sume q;
sapientie uiro cedas: ista insigni pietatis laude cū præ-
cipuam gloriam contendas: efficiasq; ut nemo Lauren-
tium colat: qui te non plurimum obseruet. Quod mihi
profecto accidit. Nam cum ei laborem omnem, indu-
stiam, deniq; me ipsum dicatum esse debere statuerim:
hoc studiū meum & consiliū ei proleuere non posse